RUSTICA VOCABULA

MATISCONE, TYPIS PROTAT FRATRUM

DIALECTOLOGICA STUDIA

RUSTICA VOCABULA

QUA RATIONE
IN QUINQUAGINTA NORMANNIAE INFERIORIS VICOS
DISTRIBUANTUR

THESIM

FACULTATI LITTERARUM IN UNIVERSITATE PARISIENSI

PROPONEBAT

CH. GUERLIN DE GUER

In Universitate Cadomensi Licentiatus
In Altiore Philologiae Schola diplomate ornatus

PARISIIS
APUD H. WELTER, BIBLIOPOLAM
IV, VIA DICTA BERNARD-PALISSY, IV

MDCCCCII

BENIGNISSIMO PRAECEPTORI MEO

I. GILLIÉRON

GRATI ANIMI PIGNUS HOC OPUSCULUM

D. D. D.

CH. G.

CORRIGENDA

P. 32, [illegible] 2 Voc. [illegible] libera | *a* → [illegible].
Nec : « 2 Voc. libera | [illegible].

P. 37, l. 15, « si labitur nasalis ».
Nec : « si labitur nasalis consonans. »

P. 50 (*in fin.*) : « ..necesse erit ad nostram latinam [illegible] *u* vocem reducatur, e qua, ut constat, pristina triphthongus *ieu* orta est ».
Nec : « ..Necesse erit ad nostram latinam *ĕ* + *u* vocem reducatur, quae, ut constat, e pristina triphthongo [illegible] orta est ».

P. 52 : « *kanivya* [illegible] *kanivyǣ* » : : :
Nec : « *kanivyǣ* [illegible] [illegible] »

P. 62 : « Nostra enim regio multa clausae vocalis testimonia praebet ».
Nec : « Nostra enim regio nonnulla clausae », etc.

P. 63 : « cumminitiatum → [illegible] (63), etc.
*berbicarium → *bĕrjyĕ* (65) [1] ».
Nec : « cumminitiatum → [illegible] (63) [illegible], etc.
berbicarium → [illegible] (65) ».

P. 89, III, 3°. B : « *kyæ* [← *kuei* ← (lat. *ŏ* + *i*)] ».
Nec : « *kyæ* [→ *kuei* ← (lat. *ŏ* + *i*)] ».

P. 111, Sub. vocab. potere → *pŏr* : « (Vid. II, Not. 2, p. 110) ».
Nec : « (Vid. II, Not. 2, p. 111) ».

P. 111, Sub. vocab. recipere → *reăr* : « (Vid. II, Not. 3, p. 110) ».
Nec : « (Vid. II, Not. 3, p. 111) ».

CORRIGENDA

P. 113. Ani [illegible] ... [illegible] apud Anguern[illegible].

Nec : « Ani [illegible] ... [illegible] apud Anguern[illegible] ».

P. 115 : *Die mit dem suff.* -acum, -iacum *gebildeten franz. Ortsnamen*.

Nec : « *Die mit dem suff. -acum, -iacum* gebildeten franz. Ortsnamen ».

P. 118 ([illegible]) N[illegible] [illegible] etc.

Nec : « *Nyóvi*[1] = vicus », etc.,

Legas quaeso.

INDEX RERUM

I. PHONOLOGIA

DE VOCALIUM DESCRIPTIONE

DE CONSONANTIUM DESCRIPTIONE

II. LEXICOLOGIA

Mihi iucundum est maximas familiari meo Aemilio Gavan reddere gratias, qui haec, iam typis mandata, diligenter mecum legendo percurrit.

PROOEMIUM

Quod si cui in animum venerit aliquid de studiis, quae ad sermonem agrestem pertinent, indagare, haud potest fieri quin ille facile concedat, ut longe alia ratione hodierno die atque antea intellegantur.

Iamdudum enim, si quos urbanos, bello sane et humano ingenio ornatos, nulla vero subtiliore disciplina eruditos, tum otia, tum officii munus aut inpelleret aut etiam cogeret, ut vitam cum rusticis degerent et eorum in familiaritate versarentur, cito eo adducebantur ut animadverterent quo miro modo rusticus ille sermo atque oppidanum dicendi genus inter sese discreparent.

Ita fit ut in dies ad illa observanda discrimina attentiores facti, nullam praetermitterent plebeiam litteris mandare vocem.

Deinde crescente illo vocabulorum, ut ita dicam, acervo, nostri rusticitatis amatores, cum mira quidam cupiditate arderent, ut eidem et scriptores dicerentur, citius tardiusve, omni materia tandem colligata, « glossarium » quodpiam in vulgus emittebant. Minimo tamen iure putavissent illos quanquam grandes et gravissimos doctrinae magnopere profuisse libros, e quibus re vera parvam caperes utilitatem, cum iis nulla vocabulorum, nulla saltem quae auctoritate valeat, insit explanatio, nulla certa rerum distributio, ordo nullus.

Nunc vero longe fit aliter.

Commodo sane studentibus erit quibus et qualibus vocabulis in quodam certo vico rustici utantur plane cognovisse; sed oportet etiam, quo finito regionis spatio, nominatim et quibus vere vicis eadem usurpentur vocabula perquirere.

Alii enim vici vocabulorum quorundam usum adhibent cotidianum; alii vero aliam dicendi consuetudinem, nec vicinis ipsis cognitam, ipsi vindicant.

Nobis igitur sciendum est, variae illae rusticae voces, quibus legibus « topographice » distribui videantur.

Duo, de his, sunt consideranda : quae ad « phoneticam », quae ad « lexicologicam » vocabulorum naturam pertinent.

Nemo est qui ignoret pleraque nostri normannici sermonis vocabula e latina stirpe orta.

Prout tamen locus his aut illis vocabulis aequus iniquusve erat, prout et pristini sermonis virtus et contagio valuit, in quoque loco, quaeque vox diverse mutata est, auribus et alium praebuit sonum.

Primo igitur de phonetica vocabulorum distributione disseremus.

De lexicologica inde vocabulorum distributione sermonem habebimus. Nec enim in omni regione eadem voce eadem enuntiatur et sententia et res.

Clarum eo pacto nobis erit, inter quos reapse fines quaeque tum phoneticae cum lexicologicae pateant regiones, vel « areae », si quidem tali vocabulo uti liceat. Ita etiam nostrae rusticitatis et habitus et status, quis sit et qualis, quo certo et libero voces et vocabula, si sint omni gallicae linguae effectu et affectione soluta, discursu moveantur ; si contra illi et effectui et affectioni obnoxia, qua quidem rata parte esse videantur, plane intellegemus.

Ut ad id perveniamus, omnes ad unum peragravisse vicos oportebit, quorum de consuetudine certiores esse facti voluerimus.

In quoque vico rustici interrogabuntur, qui hoc loco nati, minime peregrinati sunt, feminae, in primis, ut eae sint, quae vivam facilius rusticarum vocum memoriam teneant, libentius et sermonis causam quaerant.

Hoc nunc agitur, de quorum vere vocabulorum pronuntiatione nostros agrestes percontari necesse habebimus.

Quod ad phonetica spectat, utile primo erit, plerosque rusticos sonos perscrutari, quo discrimine vel a latina ipsa, vel a gallica voce discrepent, quam certam rusticitatis speciem praebeant ; omnia denique deprehendere signa, quae plebeiae elocutionis propria dici posse videantur.

Quod inde ad lexicologica, extemplo et observandum et annotandum est quodque vocabulum, cuius oppidanus nullam habet cognitionem, vel quo aliud significat.

Fingamus igitur nos circiter ducenta talia vocabula sive phonetici, sive lexicologici generis, ex aliquo certo regionis spatio congregavisse, id est omnes vicos circumiisse, qui in eo comprehendantur spatio, vocabula denique diligenter et accurate animadvertisse, quo modo sese habeant; quid amplius de illa vocabulorum copia ?

Adhuc, rerum naturae inquisitoribus similes, documenta multa proletarii sermonis miscuimus et in unum coegimus.

Nunc inde, quoddam munus et officium est reliquum, ut, eorum instar, qui tabellis terrarum situs pingunt, nostra ipsi vocabula tabulis mandemus, quarum via et arte, si quis eas oculis percurrere velit, statim rusticitatis varias videbit figuras, quibus legibus secundum quasque totius regionis partes distribuantur.

Huiusce modi tabulas infra proponemus dialectologicas, quae ad quandam certam Normanniae Inferioris regionem pertinent, nec eam admodum amplam, quibus, postea, vicinarum regionum novas alias iungere intendimus, ita ut tempus veniat, cum totius pristinae provinciae descriptionem chartis eiusdem generis committendi locus nobis erit et facultas.

Igitur, eos qui haec volvere volent vehementer oramus, ne quid aliud in iis nisi quasdam parvas truncasque particulas exquirant, nedum summam ipsam amplioris exspectent operis, quod profitemur nos aliquando perfecturos, si saltem aetas satis longa nobis concedatur.

Huic nostrae regioni « septentrionalem Cathomagi regionem » addere nomen constituimus, quae duo et quinquaginta vicos complectitur, inter Urbem Cathomagum atque oram maritimam interiacens.

Ut accuratius loquamur, pars ea terrarum ad septentriones litore maris; ad meridiem lata illa via, per Cathomagum transeunte, qua dextrorsum ad Parisios, sinistrorsum ad portum vallatum itur (gallice : « Cherbourg »), ad orientem flumine « Orne »; ad occidentem denique rivo « Seulles » finitur.

Sequuntur, ordine litterarum, more saltem gallico, nomina vicorum, quos quidem, in illa regione sitos, perlustravimus :

Amblie, Anguerny, Anisy, Authie, Basly, Bénouville, Bény-sur-Mer, Bernières-sur-Mer, Beuville, Biéville, Blainville, Brécy, Bretteville-l'Orgueilleuse, Cairon, Cambes, Colleville-sur-Orne, Colomby-sur-Thaon, Coulombs, Courseulles-sur-Mer, Couvrechef, Cresserons, Creully, Cully, Douvres, La

Délivrande, Epron, Fontaine-Henry, Fresne-Camilly, Hermanville, Hérouville, Langrune, Lantheuil, Lasson, Lion-sur-Mer, Luc-sur-Mer, Martragny, Mathieu, Ouistreham, Périers-sur-le-Dan, Plumetot, Reviers, Rosel, Rots, Rucqueville, Saint-Aubin-d'Arquenay, Saint-Aubin-sur-Mer, Saint-Contest, Sainte-Croix-Grand-Tonne, Saint-Gabriel, Secqueville-en-Bessin, Saint-Germain-la-Blanche-Herbe, Tailleville, Villons-les-Buissons, Vaux-sur-Seulles.

Distinctas vocabulorum series ordinate in kapita disposuimus et redegimus, animadvertimus inde qua minuta variaque mutatione et inclinatione singulatim quisque oppidanus latinus sonus ad hodiernum pervenerit rusticum.

De illa igitur mutatione in quoque kapite primo disserimus.

Cuius inde momenti fuerit oppidanae elocutionis cum rusticorum sermone contagio indagamus. Sequitur deinde tabularum continuatio, quae quidem ad singula pertinent kapita.

Rationales litterae, quae interiectae rustica sequuntur vocabula, ad tabulas vocant.

LITTERATURA [1]

Litteris usi sumus, quas infra descriptas commemoravimus :

1. a, b, d, e, f, i, j, k, l, m, n, o, p, r, t, u, v, z, idem valent atque in gallica lingua.
2. *œ* valet idem ac gall. *eu* ; *ə* idem ac gall. *e* in : « me » ; *u* idem ac gall. *ou*.
3. *w*, *ẅ*, quas « semi-vocales » diximus, ante vocales ponuntur. Idem valent ac gall. *ou* in : « oui », vel ac gall. *u* in « nuit ».
4. *c* idem valet ac gall. *ch*; *g* idem ac gall. *g* (+ a, o, u), vel *gu* (+ e, i); *s* idem ac gall. *s*, vel *ss*, vel *c* (+ e, i), vel *ç* (+ a, o, u).
5. *ñ* idem valet ac gall. *gn* in : « agneau ».
6. signum ˘ brevibus apponitur vocalibus.

»	ˉ	longis	»
»	´	clausis	»
»	`	apertis	»
»	˜	nasalibus	»

1. Sacerdote Rousselot, domino J. Gillieron auctoribus.

I. — PHONOLOGIA

DE VOCALIUM DESCRIPTIONE

1. — Voc. ĩ.

A. Vocabula in *-inum* desinentia. (Lat. **vicinum.*)

Cum sonus nasalis vocalem *i* sequitur, ex illa coniunctione primo fit sonus *in*, id est : *i* + *n*. Apud enim medii aevi scriptores, hic sonus *i* idem ac merus sonus *i* sonat.

Ineunte autem sexto decimo saeculo, hoc *in* (= i + n) jam cum sono *ẽ* (id est cum *e* nasali) confundi videtur, forsitan medii soni ĩ (id est *i* nasalis) interventu.

Intermedia illa vox, nostra in regione, occurrit.

Exempli gratia :

vézĩ (1)

Propiorem inde hodiernae gallicae voci *ẽ* (id est vocali *e* nasali apertae) sonum *ẽ* (id est vocalem nasalem et eam clausam) reperimus.

Ex. grat. :

vézẽ

B. Vocabula in *-ina* desinentia. (Lat. **cocina.*)

Vocalis *i* quandoque nasali consonante, quae sequitur, ita sollicitatur, ut vocalis ipsa mera in nasalem vocalem convertatur.

α) *i* + *n* → *ĩn.*

Ex. grat. :

keœ̌zĩn (2)

Deinde, evanescente nasali sono, succedit sonus *-in* (cum pura

---

1. Item : Germ. gard + -inum → *gardĩ* ac *gardẽ*.

vocali), id est : *kεázīn*, qui haud longe a gallico more remotus videtur).

3) Quemadmodum vox *i* + *n*, in terminatione *-inum*, gallice ad sonum *ẽ* transit, ita, rustice, vox *i* + *n*, in terminatione *-ina*, ad *ē* + *n* transeat fieri potest. Illa recentius formata vox *ē̄n* (= vocalis *e* longa nasalis clausa + *n*) e priore intermedio sono *īn* videtur esse orta.

Deinde, vocalis *e* manet longa ; e clausa vero fit aperta (id est : *ȇ*). Praeterea porro, deficiente nasali, transitur ad *ȅn*, denique ad *e̊n*.

Breviter hae diversae sonorum ita distinguentur figurae :

kεázīn
kεázēn
kεázȅn[1]
kεáze̊n[2]

TOPOGRAPHICA DISTRIBUTIO

TABULAE 1, 2.

1° (1) Vestigia etiamnunc nonnulla supersunt cuiusdam porrectae « areae », in qua sonus *ī* florebat. Illi autem sono recentior *ē* successisse videtur.

2° (2) Sonum *ī* + *nas.*, ex urbe Cathomago orientem, in tota regione diffusum invenimus, ita ut vel extremis in partibus polleat et eum sonus *īn*, rarius etiam *ē̄n* passim contingat.

(Sonum *īn* confer cum sono *ī*, de quo supra (1° 1) disseruimus.)

---


1. Nullo exemplo, quod saltem ad nostram regionem spectat, illum sonum testificari possumus.

2. Item : *puppina → *pupīn* (*pupīn*) ac *pupēn*. — Ipsum vero rusticum vocabulum in aliorum vocabulorum conspectu versatum est, ut sunt : *Katŏ*; *Margŏ*; *Babĕ*.

1. — **Vicinum.*

: : :

(Vid. 1, A. p. 8.)




2. — **Coquina.*

keœzin

keœzin : : :

keœzín |||

(Vid. 1, B. p. 8.)



2. — **Voc.** *ū*.

I. A. [(voc. a) + *ŭ*, cui tonus adicitur]. (Lat. **sabucum*.)

Latina consonante *b* deficiente, duabus e vocalibus hiantibus fit diphtongus *eu*, quae inde ad *œ* (raro : *œ̀*; saepius *œ̊*) sonum transit. Id est :

sœ̊ (*sœ̀*) ac *sœ̊k* (*sœ̀rk*) (3)

B. [(voc. a) + *ū*, cui tonus adicitur + *r*]. (Lat. *maturum*.)

1° Fere eadem ratione, — consonante *t* deficiente, — ex hiante sono fit *œ*, cui voci vel longa, vel brevis quantitas, clausa vero qualitas plerumque adhibetur : (*œ̊̄*, *œ̊̆*).

Id est :

mœ̊r (4).

Apertum *œ̀* quater solum testificamur.

Patet ergo, — quantum et ad *sabucum* et ad *maturum*, atque ad vocabula attinet, quibus sub partitione 2° infra operam dabimus — illam clausi soni (*œ̊*) crebritatem ex eo explanari posse, quia nostra rusticitas, recentiore, ut ita dicam, proclivitate, ad gallicum *u* flectere videtur. Sonus autem apertus *œ̀*, vel ad *ò* vel ad *è* tendit, qua a gallico more desciscimus.

2° Vocabula in *-atura* desinentia.

Vide supra B, 1°.

Ex. grat. :

dolare + -atura → *dolœ̊r* (5) (bis : *dolœ̀r*)[1].

C. [(voc. *e* +) *u*, cui tonus adicitur]. (Lat. *securum*.)

Latina consonante *c* deficiente, ex hiante sono fit sonus *œ̊*, clausa cum vocali. Id est :

sœ̊r (quater : *sœ̀r*) (6).

---

1. Item : Celt. balan + -atura → *balyœ̊r* (semel : *balyœ̀r*).
e + *piluccare + -atura → *ĕplukyœ̊r* (sexties : *ĕplukyœ̀r*).

TOPOGRAPHICA DISTRIBUTIO

TABULAE 3, 4, 5, 6.

(3) Tota nostra regio sonum *æ* vindicat.


(4, 5) De his, item. Huic etiam sono, fere ubique clauso, id est ad gallicum tendenti sonum, aperta raro additur natura, in septentrionali dico regionis parte, circa litus maritimum.

(6) Idem de clausis, idem de apertis, ac supra.

3. — *Sabucum.*

såk, saik =
sœ̇, sœ̇.

(Vid. 2, I. A. p. 10.)




4. — *Mātūrum.*

mȧr ☰

mằr : : :

(Vid. 2, I. B. 1°. p. 10.)




5. — *Dolare + -atura.*

dolȧr ☰

dolằr : : :


(Vid. 2, I. B. 2°. p. 10.)



6. — *Secūrum.*

sėr	≡
sæ̇r	: : :

(Vid. 2, I. C. p. 10.)



II. Vocal. *u* in vocabulo : « acucula ».

Subdifficile est vocis gallicae « aiguille » vim phoneticam enucleare.

Ex *acucula*, ut ex fonte, manat *ĕgul̯* (7), cum illa consonante *l*, quae palatina dicitur.

Illam formam duobus tantum, quinque contra et viginti testibus aliam, deficiente palatina, (id est : *ĕgul*) confirmare possumus. Vocalis *u* plerumque se praebet ipsa longam, qua productione suppletur palatini soni lapsus.

E priore exemplari fieri potest ut, palatino permanente sono, labatur *l* consonans, ut in : *ĕgūy*, cuius longam vocalem etiam animadvertas licet. Illud *ĕgūy* undecies invenimus.

Nunc nobis est commemorandus, in vocabulo *ĕguyl*, intermedius ille atque anomalus sonus « *yl* », semel tantum asseveratus.

Praeterea sonus palatinus accidit ut, primo, a consonante *l* distrahatur, nec non *g* consonantem inde afficiat. Id est : *ĕgyul*, quod tredecies annotavimus.

Denique, deficiente littera *l*, bis transit *ĕgyul* ad *ĕgyū*.

TOPOGRAPHICA DISTRIBUTIO

TABULA 7


Forma *ĕgyul*, quae partem spectat ad meridianam, vergit inde ad septentriones, ubi floret etiam *ĕguy*.

Huc accedit, ut vel *ĕgyul*, vel *ĕgyū* secundum mediam in longitudinem procurrat lineam.

7. — *Acucula.*

ĕgul	=
[illegible]	: : :
é vul (*egyu*)	| |

(Vid. 2, II. p. 14.)



III. Voc. *ŭ* + *i*.

u + *i* → *ui*.

Cum, ad gallicam consuetudinem, sonus dipthongi *ui* in iunctum sonum *üi* evadat, ad rusticam, contra, consuetudinem, e duobus diphtongi elementis fit unum simplex elementum, aut *u*, aut *i*, prout elemento *i* vel elemento *u* tonus adicitur.

1° Dipht. *ui* → *u*.

Illam mutationem manifeste plerique anglo-normannici scriptores cognoverunt, ut in vocabulis : *frut* (gall. *fruit*); *nut* (gall. *nuit*). Cf. Suchier; altfranzös. Grammatik p. 35.

Exemplar ipsi producemus vocem compositam *kõtru* (8), e vulgari latina stirpe « *ustium », (purius : « ostium ») ortam. Cf. Lexicologia. De vicar. Vocab. 1.

Vox simplex *ŭ*, ut in sententia : *klò l ŭ* [gallice : « ferme la porte »], quae raro obicitur, consenuit.

2° Dipht. *ui* → *i*.

Crebrius, nostra in regione, ad *i* transit diphtongus *ui*, cuius elemento *i* tonus adiciebatur.

Verbi gratia :

*brugitum → *bri* (9)[1].

Not. — Diphtongus *ui*, ex *ŭ* + *i* (cum brevi latino *u*) nata, in *i* et ipsa recidit.

Etenim, e lat. **pŭtium*, gallicum sane *puits*, rusticum vero *pi* (10) oritur.

Utrum e brevi, latina vocalis *u*, opere et contagione vocabuli « pertūsum » producta facta sit, an secus, haud satis constat.

TOPOGRAPHICA DISTRIBUTIO

TABULAE 8, 9, 10

(8) In duabus regionis partibus transit *ui* diphtongus in sonum *u*. Vocabulum ipsum non noverunt maritimi vici.

(9) Tota in regione transit diphtongus *ui* in *i*.

(10) De hoc, item.

---

1. Item : conducere → *kõdir*.
sudica → *sí*.

8. — *Cŏntrā + ūstĭum.*

[illegible] : : :

[illegible] |||

kaü (?) ≡

(Vid. 2, III. 1° p. 16.)



9. *Brugitum.*

bri —


(Vid. 2, III. 2° p. 16.)



10. — *Puteum.*

pi

Vid. 2, III. 2° Not. p. 16.)



IV. Voc. *u* + *m*, *n*.

1° Nasalis *m* vocalem sequitur.

Cum consonans nasalis vocali cuidam proxima versatur, vocalem vi sua nasali inficit, ita ut ex *u* + *m* fiat *ũ* + *m*, id est : *ũm*.

Verbi gratia :

pluma → *plũm* (11) [1].

Vim illam nasalem, quod si vocalis deponit, permanet sonus *ű* + *m* (id est : *űm*, cum vocalis productione), qui ad hodiernum gallicum usum iter, ut ita dicam, facere videtur.

Verbi gratia :

plűm.

Adde quod, ex alia parte, tendit *ũ* ad sonum *ǣ̃* (id est *æ* longum et clausum, cui vis adhibetur nasalis), qui raro occurrit. Idem vero sonus, aperta cum qualitate vocalis, crebrior.

Verbi gratia :

plǣ̃m.

Deinde, nasali deficiente, superest tum *ǣm*, tum *ǣm*, sive vigeat vocalis productio, seu non. Confer quae modo, cum iis, quae supra de vocali *i* diximus, in vocabulis in *-ina* desinentibus.

2° Nasalis *n* vocalem sequitur.

Eadem, mutatis mutandis, dicenda.

Sat erit testimonia enuntiare :

pruna → *prũn* (12) [2].

prűn.

---

1. Item : *includinem + -umine → *ãklũm* ; *ãklűm*, ac *ãklǣ̃m*.
legumen → *lĕ́gyũm* ; *lĕ́gyűm* ac *legyǣ̃m*.
germ. scum → *ĕkyũm* ; *ĕkyűm* ac *ĕkyǣm*.

2. Item : 1. *communa → *komũn* ; *kumǣ̃n* ; *komǣ̃n* ; *komǣ̀n* ac *komǣ̆n* ; denique : *kȍműn*.
2. luna → *lũn* ; [illegible] ; [illegible] ; [illegible] ac [illegible] ; denique : *lűn*.

Ex alia parte :

prān ac *prān.*

Deinde :

pràn ac *pràn.*

Miro modo sonus ipse *æ* explicatur ac quasi panditur in his vocabulis :

blā̆üm.

brā̆ün [1].

Semel tantum illas audivimus voces.

TOPOGRAPHICA DISTRIBUTIO

TABULAE 11, 12

1° (11) In extremis regionis partibus orbiculatim vox *æ* + *m* (sive sit longa vocalis, seu brevis) ; media in parte, voces vel *ŭ* + *m*, vel *ŭ́* + *m* supersunt.

2° (12) De his idem ac supra. Regio tamen longius producitur, in qua florent soni vel *ũ* + *n*, vel *ṹ* + *n*.

---

1. Item : 1 *lĕgvrā̆üm.*
ĕkyā̆üm.
āklā̆üm.
2 *komā̆ün.*
lā̆ün.

11. — *Pluma.*

plœm, plœ̀m =

plūm, plŭm : : :

(Vid. 2, IV. 1° p. 19.)




12. *Pruna.*

prœ̀n, prœn ≡

prūn, prŭn : : :

(Vid. 2, IV. 2° p. 19.)



3. — **Voc.** *ē*, *ĭ*.

I. De lat. vocabulis : « *capillum, capillos.* »

Facile, in nostra prisca lingua, discernuntur formae, quae ex accusativo casu, quae e nominativo ortae sunt, quarum alias gallicus sermo, rusticus alias posterius usurpavit. Ita fit ut, exempli gratia, verbis quae e latinis orta sunt exemplaribus in *-ile* desinentibus usi sint oppidani, in *-ilis*, *-iles* rustici (confer *courtil* cum *courtieux*) ; oppidani in *-ellus*, *-ellos*, denique in *-illos*, rustici in *-ellum*, denique in *-illum*.

A. Quantum ad gallicum spectat usum,

capillus → *chevéls*.

Ex consonante *l*, quam *s* littera sequitur, ut mos medio aevo, fit vocalis *u*. Inde :

chevéls → cheveus.

B. Quantum ad rusticum.

capillum → chevél.

Lapsa inde consonante *l*,

chevél → chevé ;

vel, ut accuratius legi obsequamur, qua, cum gallico initiali sono *ϵ*, *k* normannicus congruit,

chevé → *kèvé* ;

denique, assimilatione (consonans *k* ante litteram *v* ad *g* transit)

**kèvé* → *gvé* (13).

Videtur vocabulum *gvé* (vel *gvè*), cum singulariter usurpatur, ab exemplari pendere formarum, quibus, plurativo numero, utebantur rustici. Haec anomala vox hoc potest explanari, quod saepius id vocabulum pluraliter quam singulariter profertur.

TOPOGRAPHICA DISTRIBUTIO

TABULA 13

Pertinet forma *gvé* ad occidentale regionis latus. Praeterea, ab urbe proficiscitur, ita ut, per meridianas partes, ad occidentem rursus se recipiat.

Semel in orientali, quater media in parte priscam formam *gvé* aut *gvè* invenimus, quae antea, ut videtur, « aream » longe porrectiorem obtinebat.

13. — *Căpillum.*

gvė, gvė
gvœ̀
gvé

(Vid. 3, I. p. 22.)



II. Normannicum *e*.

Jam aggrediamur (kapitibus II, A. α, β; B. α, β) et descriptionem et explanationem illius vere normannici soni *e*, qui, nec immerito, normannicae rusticitatis proprius dici potest.

A. — α) *ē* vocalis libera, cui tonus adicitur.

1. E latina libera vocali *e*, cum tonus ei adicitur, duodecimo saeculo diphthongus *ei* orta est, accuratius *éi*. Quae diphthongus ita variis immutationibus affecta est ut, quasi pedetentim et gradatim, perpetuo progressu, ad gallicam vocem *oi* (id est, phonetice : *wa*) flecteretur, nec non, per iter, in diversos evaderet sonos, quorum plerosque etiamnunc rustici passim servaverunt.

Tali ordine rem explicemus :

1.	**éi* → *é*
2.	**èi* → *è*
	ài
	ái
	òi
	òè
3.	**òè* → *wè*.
4.	**òà* → *wà*.
	òà

Vocum, quibus rationales litterae praescribuntur, vestigia etiamnunc supersunt.

Igitur, vox *òà*, elementorum coitu, ad recentiorem gallicum sonum *wa* ; vox *òè* ad pristinum oppidanum *wè* sonum transit (qui nunc etiam nonnullis in vicis Normanniae viget).

Nostram autem ad regionem pertinent veterrimae voces *éi*, *èi*, de quarum mutationibus sermonem habeamus.

Diphthongus *éi*, litterarum syzygia, in vocem *é* ; diphthongus *èi* in vocem *è* convertitur.

Exempli gratia :

mensem → *mé* ; *mè* (14) ; — aliquando *mwè*, quae vox propius gallicae consuetudini accedere videtur [1].

---

1. Item : videre → *vé*; *vè*.
credo → *j kwè* (*j kwé* ; *j kwè*).

2. *ē* (cui tonus adicitur) + *i* eandem etiam diphthongum *ei* praefert, quae eodem modo deinde immutatur.

Ex. gratia :

feria → *fér*; *fèr* (15).

Not. — **De latino vocabulo « flebilem » disseritur.** — Ex consuetudine et lege discurrit rustica vox *yĕ* (in : *fyĕbl* e latino : flebilem), haud secus ac si brevem vocalem latinum praeberet vocabulum.

Suchier (altfranz. Gramm.) : « *ie* für *ei*, inquit, steht in *fieble*, urspr. *fleible*. » — Apud Hatzfeld, Darmesteter ac Thomas, in *Glossario* legimus : « XIe s. Il est si fiebles (corr. feibles ?) qu'il ne poet en avant : Rol. 2228. » — Denique, Meyer-Luebke I. 125 (in gallica tralatione) : « c'est une loi phonétique particulière au Normand. »

Nostra porro regio, atque aliae in Normannia regiones, formas nobis *fyébl* ac *fyèbl* (16) vulgo praestant. Quas qua ratione explicemus ? Quod si quis scribat « *ie* pro *ei* occurrisse », rem declarat tantum, enucleat vero minime.

Ex alia parte, nulla latinae formae, cui *e* brevis adhibeatur, vestigia constant. Transiitne longa vocalis ad brevem virtute et contagione vocalis *ĕ* in vocabulo « febrem » ?

β) 1. E vocali *ĭ* libera, cui adicitur tonus, eadem quoque diphthongus *ei* proficiscitur, similiter immutata.

Ex. gratia :

pisum → *pé*; *pè* (17) [1].

2. *ĭ* (cui tonus adicitur) + *i* → *ei* → *e*.

De his idem ac supra.

---

1. Item : bibo → *j bĕ*; *j bè*.

Vocabulum *j bœ̆* vocem *œ* a formis mutuatur, in quibus (v. grat. : *j pœ̆*; — infinit. : *pœ̆r*) *o* brevis inest, cui tonus adicitur. Cf. *jè rεœ̆*; — infinit. : *èrεœ̆r*.

Item : fidem → *fĕ*, etc. (vide infra).
*pira → *pĕ́r*; *pĕ̀r*.
sitim → *sĕ* (vide infra).
vicem → *fé*; *fè*.
bibere → *bĕ́r*; *bĕ̀r*.

Ex. gratia :

*frigidum → *frė* (18)[1].

B. — *ē*, *ĭ*, quibus tonus non adicitur.

Idem diceremus de his, atque antea de eisdem vocalibus diximus, cum iis adiciebatur tonus.

α) *ė* + *i* → *ei* → *ė*.

Ex. gratia :

tu + *te* + -*yare* → *tutėyė* (19); rarissime -*wė* : *tuwėyė*. (De vocabulo *sĕsāt*, vide infra.)

β) *ī* + *i* → *ė* (*ẹ*).

Ex. gratia :

1. *piscionem → *pĕsō* (20).
2. re + *frĭgĭdum + -īre → *rfrĕdi*; *ėrfrĕdi* (21)[2].

TOPOGRAPHICA DISTRIBUTIO

TABULAE 14–21

1° (14) Permanet sonus *e* longus clausus in quaque regionis extrema parte, vergens etiam in occidentem ac meridiem.

In orientali parte regionis, rara quidem apparent exempla soni *we* (ut in : *mwė* ← mensem), haud procul a navigabili fossa, quae ab urbe fluit ad mare.

2° (15) Ubique viget normannicum clausum *e*.

3° (16) Ubique viget -*yė*. Bis tamen vocalis *e* aperta ostenditur. Duo tantum vici gallicam simul et rusticam cognoverunt formam.

4° (17) Quosdam mediae regionis vicos vox *e* aperta adipiscitur. Vox *e* clausa circumsedet.

5° (18) Tota in regione permanet *e* clausum.

6° (19) Item fere tota in regione permanet *e* clausum.

7° (20, 21) De hoc idem ac supra.

---

1. Item : *digitum → *dĕ*, etc. (vide infra).
2. Item : vide ← illac → *ėla*.

14. — *Mēnsem.*

mé	≡
mè	: : :
mwè	|||

(Vid. 3, II. A. α. 1. p. 24.)



15. — *Feria.*

fèr

(Vid. 3, II. A. α. 2. p. 25.)



16. — *Flēbĭlem.*

tyèbl (tyibl) ≡
fyèbl : : :

(Vid. 3, II. A. α. 2. Not. p. 25.)

17. — *Pĭsum.*

pẽ ≡
pè : : :

(Vid. 3, II. A. β. 1. p. 25.)



18. — *Frigidum*

fré

Vid. 3, II. A. β. 2. p. 26.)



19. — *Tu + te + -yare*

Tutéyé (tutiyé) ☰

Tutwéyé : : :

(Vid. 3, B. α. p. 26.)



20. — **Pĭscĭōnem.*

pẹ̄sō

(Vid. 3, B. § 1. p. 26.)

21. — *ex + *frigidum + -īre.*

rfrẹ̊di, ẹrfrẹ̊di

(Vid. 3, B. § 2. p. 26.)



4. **Voc.** *ō, ŭ.*

I. 1° Voc. *ŏ* libera → *e*. (Cf. Suchier, altfranz. Grammat. 14.) Persaepe apud normannicos, apud et anglo-normannicos scriptores occurrit ille sonus.

Ex. gratia :

1. vos → *vŏ* (22). Cf. verbum : *vŏtĕ* (gallice : « dire *vous* en parlant à quelqu'un »).

2. pro → *por* (23).


TOPOGRAPHICA DISTRIBUTIO

TABULAE 22-23

Vox aequaliter distribuitur.

22. — *vos* (*vōs* + *t* + *-are*)
vŏ (*vŏtĕ*)
(Vid. 4, I. 1° 1. p. 31.)

23. — *Pro.*
por
(Vid. 4, I. 1° 2. p. 31.)



2° Voc. *ō* libera + *u* → *óu* (apud scriptores duodecimi saeculi). Illam nolumus scrutari diphthongum, qua specie, per quas immutationes usque ad gallicum usum pervenerit. Sat enim nobis erit eam dixisse, nostra in regione, in sonum *u* extenuatam esse.

Ex. gratia :

nodum → *nu*; *nuk* (24).

Vocalis *œ* aperta, in vocabulo *nœ̊*, propior gallico sermoni videtur esse, ut quae manifestam reddat rationem, quo pacto e prisco *óu* oppidani ad hodiernum *œ̊*, per intermedium *œ̀u* (→ *œ̀*) transierint; quae possunt conferri cum iis, quae infra, de vocabulo « focum » dicemus.

TOPOGRAPHICA DISTRIBUTIO


TABULA 24

Pollet, tota regione, sonus *u*.

24. — *Nodum.*

Nu, nuk

(Vid. 4, I. 2° p. 32.)



II. Voc. *ŭ*, cui tonus adicitur. [Vocabula in *-uculus*, (*-uclus*) desinentia. Verbi gratia : * peduculus (purius : pediculus)].

(*u* + *cl* + *s*) → *uilz*, qua in litterarum conglutinatione sonus *u* quasi medium locum inter sonum *u* apertum atque *o* apertum tenere videtur.

Igitur, verbi gratia, ex iis anceps sequitur forma :

pedùilz
pedòilz ;

deinde, deficiente consonante :

peùilz
peòilz.

Quid ex altera priore forma proficisci possit, exquiramus.

1° Inprimis labitur *l* consonans, manente autem palatino sono. Unde fit :

a) *peùiz*

2° Deficit inde quoque palatinus sonus.
Unde fit :

b) *peùz*.

3° Transit etiam *eù* ad meram vocem *u*, unde gallicum vocabulum *pou* necessario oritur.

Nunc duas explanemus formas, quas normannicae rusticitatis proprias ducere licet.

Si e triphthongo *eùiz* decidit elementum *e* (*eùiz* → *uiz*); si diphthongus etiam *uiz* ad merum sonum *wi* redigitur, alteram adipiscemur formam *pwi*, cujus nostra regio nullum praestat testimonium.

Quod si e triphthongo *eòiz* elementum *e* decidat (*eòiz* → *oiz*); si inde elementum *i*, in diphthongo *oi*, per assimilationem ad *e* transeat (*òi* → *oe*), per contractionem denique si ex *oe* fiat *wĕ̊*, ipsam evocabimus formam *pwĕ̊* (25), quae nobis explananda erat.

TOPOGRAPHICA DISTRIBUTIO


TABULA 25

Tota regio illam vocem *we* compertam habet.

25. — **Pediculus*.

pwĕ

(Vid. 4, II. p. 33.)



III. De « refractione » normannicae vocalis *o*. — Quae sit illa « refractio » breviter explanatur.

Lex illa, de qua (Kaput III, 1, 2) sermonem habebimus, ad omnem fere rusticum sermonem, firma ac perpetua, adhiberi potest, late patens, quam « emphaseos » et « distentionis »[1] legem dicere audebimus.

De qua lege iam alias disseruimus (vide : *Le parler populaire dans la commune de Thaon*, p. 70 sqq.).

Hoc in loco tantum nobis est propositum memorare quibus vere variis immutationibus e pristino sono ad rusticum novum sonum transitum sit.

Cui explanationi index adicietur formarum, quas testificandi nobis data est facultas.

Primo nobis notandum est, illos, ut ita dicamus, phoneticos motus longe amplius quam quibusdam aliis in regionibus, nostra in regione porrigi.

Plerumque, enim, naturae ac virtuti antecedentis consonantis ii soni subici videntur.

Porro, cum plerisque in locis nullus huiuscemodi sonus adsit, nullo saltem praecedente labiali consonante, vulgo contenditur illum sonum a labialis propinquitate suam ipsam certam vim traxisse.

Ibi vero fit aliter.

Non solum enim sonus ille post labiales litteras, sed etiam post et dentales et palatinas et sibilantes ostenditur. Quapropter nobis aequum videtur illam sonorum varietatem in se per seque animadvertere, seposita omni antecedentis consonantis propinqua contagione.

Quaevis vox *o* romana, sive ex latino *ō* in positione, seu ex latino *ŭ* oriatur, talem quandoque patitur phoneticam distentionem, ut ad praecipui soni latus quaedam tenuior, assumptiva vox alatur et adolescat, quae primo idem ac principalis ipsa vox sonat.

Unde : *oo*.

Deinde fieri potest ut adventicius ille sonus ipse, legi convenienter, ex *o* clauso ad *u* transeat.

---

1. Germanice : « Zerdehnung ». Vide : Oskar Brenner, Mundarten u. Schriftsprache in Bayern. Bamberg. 1890.

Unde *uo* diphthongus oritur, quae ad merum *wó* sonum redigi potest.

Posterius denique nonnunquam ad *wò*, cum aperta vocali, cursum tendit.

Alia ex parte, si ex sono priore *wó* proficiscamur, novo immutationis ordine, per intermedium sonum *wu*, ad gallicum ipsum revocabimur usum, adventicio elemento *w* deficiente.

Ut, ad ea illustranda, exemplum sumamus, vocabulum ponamus latinum : « diurnum », e quo, prisca in lingua, fit forma : *jorn*, aut potius : *jor* ac, labente finali consonante, denique : *jó*.

Quid sequatur, explanemus :

diurnum

jorn
jor → gallic. *jour*.
jó

———

jóó
juó
jwó → *jwu* → *ju*....

———

jwò

Igitur, ut apparet, e *jwó* ad *jwu* transire possumus, denique ad *ju*, quod nihil aliud nobis praebet nisi gallicam formam, finali consonante deficiente.

Quod si, nostra in regione, illa distentionis lex minime vigeret, tum, nec immerito, diceremus illud *ju* idem omnino valere ac gallicam formam, finali *r* deficiente.

Cum vero nostra regio, ut antea vidimus, illam legem cognoscat, nobis vere licet, illud *ju* affirmare e priore forma *jwu* manavisse, e veterrimo *jwo* ipsa orta. (Cf. *bwurs* cum *bwǒrs* ; *dwūz* cum *dwóz* ; *rwuj* cum *rwoj*).

Denique, clarum nobis nullius gallicae contagionis indicium erit, si formam *jwò*, cum aperta vocali, inveniamus, cum supra demonstraverimus e sola forma *jwó* (id est, cum clausa vocali), minime vero e *jwò* (id est, cum aperta) formas ad gallicum usum vergentes proficisci posse.

Sequuntur testimonia :

1° *ŭ* in positione, cui tonus adicitur, → *wò*.

Ex. gratia :

1. diurnum → *jwò* (26)[1].
2. furnum → *fwò* (27).

Not. — Qua de causa vocabulum *mȯl* (28) (e lat. *mŭsculum*) nullum ostendat soni *w* testimonium, adhuc nobis obscurum est.

2° *ō*, cui tonus adicitur, cui non adicitur → *wo*.

Ex. gratia :

*cosere → *kwȍt* ; *kwȯt* (29)[2].

Not. — Miro quidem modo se habent formae quae diversae e latino « manducare » proveniunt.

Ex *a* + *n* fit nasalis *ã* (gallice : *an*).

Verbi gratia :

manducare → *mãjȇ̊*.

Ex *ã* fieri potest *õ*. Id est : *mõjȇ̊*.

Si labitur nasalis consonans, *õ* ad merum *o* transit. Unde : *mojȇ̊*.

Deinde ab illo sono *o* incipit assueta immutatio : *mwŏ̊iȇ̊*, *mwȍ̊jȇ*.

Mwŏ̊jȇ̊, denique, per intermedium *mwujȇ̊*, ad anomalum transit *mujȇ̊*, quam formam propterea demiremur, quod omnino cum formis eis prioribus congruit, quae nos supra directe ad gallicum revocabant usum, ut sunt *dů̃z* ← *dwů̃z* ← *dwŏ̊z*, vel *ruj* ← *rwuj* ← *rwoj*.

Nobis igitur tria distinguenda sunt genera :

a. *mwȍ̊jȇ̊*; *mwŏ̊jȇ̊* (30).
b. *majȇ̊* ; *mȍ̊jȇ̊*; *mŏ̊jȇ̊* ; *mujȇ̊*.
c. *mȁ̃jȇ̊* ; *mȍ̃jȇ̊*.

---

1. Item : bursa → *bwȍ̊rs* ; *bwŏ̊rs*.
rubeum → *rwȍ̊j* (*rwȍ̊ɛ*) ; *rwŏ̊j*.
turrem → *twŏ̊*.
2. Item : *dodece → *dwȍ̊z* ; *dwŏ̊z*.
*morire → *mȍ̊ri* ; *mwȍ̊ri* ; *mwŏ̊ri*.

Confer *mȍ̊ri* cum iis, quae de *mŏ̊l* antea diximus. Ex utraque parte, post labialem litteram *m*, sonus *w* desideratur.

Item : *sorice → *swori*.

TOPOGRAPHICA DISTRIBUTIO

TABULAE 26-30.

(26-27). Vox *wǒ̊* ubique viget.

(28) Omnibus in vicis, unam audiimus vocem *o*, quae fere ubique clausam, ter tantum apertam se praebet.

(29) Praevalet vox *wǒ*. Rarissime *wǒ̊* contingit.

(30) Haudquaquam mirum legitimam distributionem singulari immutationis ordine perturbatam esse; de quo supra disseruimus. Rara vox *wo* vergit praesertim ad occidentem, paululum et ad septentriones.

26. *Diurnum.*


jwǒ̊ : : :

(Vid. 4, III. 1° 1. p. 37.)

27. *Furnum.*

fwǒ̊ : : :


(Vid. 4, III. 1° 2. p. 37.)



28. — *Músculum.*

mel	☰
mǒl	: : :


(Vid. 4, III. 1° Not. p. 37.)



29. — *Cōsere*

kwèt	‗ ‗
kwot	: : :


(Vid. 4, III. 2°. p. 37.)



30. — *Măndūcāre.*

mæ̇jĕ, mæ̆jï	☰
majĕ, mŏjĕ, mŏjĕ, mujĕ (mujyĕ)	: : :
mȧjĕ, mėjĕ	∣∣∣

(Vid. 4, III. 2° Not. p. 37.)



5. Voc. *ĕ*.

I. De vocabulis in « -ellum » desinentibus.

Transit vox latina « -ellum » primo ad *-el*, aperta cum vocali. Labitur inde consonans.

Verisimile est vocalem, ex aperta tunc clausam factam esse, cuius apertae vocalis testimonia reperimus nonnulla. (Vid. Topogr. distrib. — Not.)

Ex. gratia :

1. agnellum → *añė* ; *añé* (31).
2. a. sax. bat + -ellum → *batĕ̇* ; *batĕ̇* (32).
3. benna + -ellum → *banė* ; *bané* (33).
4. cappa + -ellum → *kapė* ; *kapé* (34).
5. cultellum → *kutė* ; *kuté* (35).
6. germ. tunna + -ellum → *tonĕ̇* ; *tonĕ̇* (36).

TOPOGRAPHICA DISTRIBUTIO

TABULAE 31-36.

Not. — Quod ad finalis vocalis *e* qualitatem attinet, reperimus apertam in omni occidentali parte florere, ad mediam inde atque ad meridianam vergere ; raro, denique, in septentrionibus obici.

Cetera pars regionis, praecipue quae in propinquitate iacet urbis, apertam vocalem sibi vindicat.

(31-36). Ubique, tota in regione, nunc etiam vigent voces quae e latino *-ellum* ortae sunt.

31. — *Agnellum*

añė, añė

(Vid. 5, I. 1. p. 41.)

32. — *Angl.-s-Bat + -ellum.*

batě, bati

(Vid. 5, I. 2. p. 41.)

33. — *Benna + -ellum.*

baně, baně

(Vid. 5, I. 3. p. 41.)

34. — *Cappa + -ellum.*

kapě, kapě

(Vid. 5, I. 4. p. 41.)

35. — *Cultellum.*


kutě, kutě

(Vid. 5, I. 5. p. 41.)

36. — *Tunna + -ellum.*

toně, toně

(Vid. 5, I. 6. p. 41.)



II. Voc. *e* + *i*.

1° 1. *ĕ*, cui tonus adicitur, + *i*.

Duodecimo saeculo, e latino [illegible] fit triphthongus *iei*, quae posterius, gallico in sermone, usque ad merum sonum *i*, duplici deminutione, pervenit.

Simplicem tamen per deminutionem, ad sonum transimus intermedium *ie* (vel : *yĕ*), qui etiamnunc nostra in regione reperitur.

Ex. gratia :

1. lectum → *lyĕ* (37)[1]. Cf., saeculo XII, : lieit.

2. *ae*, cui tonus adicitur, + *i*.

Idem fit de illa perrara sonorum compositione.

Ex. gratia :

*illhac → [illegible] i → [illegible] (38). Cf., saeculo XII, : liei ;

(idem valet ac gallicum : *elle*).

De latino vocabulo « flebilem » antea locuti sumus.

Quodsi constat ei vocabulo brevem adhibitam esse vocalem (vide supra : tab. 16), extemplo memorabimus eadem ratione atque antea (*ĕ* + *i* ad *iei*, deinde ad *i*, per intermedium sonum *yĕ*, transeunte) *fyèbl* (*fyébl*) a « flebilem » promi, nec iniuria, posse.

2° *ĕ*, cui non adicitur tonus.

Immutatio fit paululum alia.

1. *ĕ* + *i* → *ei* (gallice : *oi*).

Diphthongus *ei* ad merum *e* transit, ut in :

de + *pectorale + -are -> *dĕpĕtrayĕ* (39). Cf. *dĕpĕtrasĕ*.

2. Eodem modo :

ĕ + *x* → *ei* → *e*, ut in :

*sexanta → [illegible] (40).

Recentiorem formam *swĕsãl* raro invenimus.

3. Quod ad « medium + diem » attinet, ita immutatum est utrumque vocabulum, quasi singulum per sese valeret. Quare ex *e* (in altero vocabulo « medium »), perinde ac si ei vocali tonus adiceretur, fit, secundum legem, triphthongus *iei*, deinde

---

1. Item : *pejus → *pyĕ*. Cf., saeculo XII, : pieis.

et sonus *yĕ̈*. [Etenim in : Chev. au Cygne (Horning 345.24) « miédi » legimus.] Apud autem rusticos nostros, *yĕ̈* ipsum ad merum *e* evasit.

Verbi gratia :

medium ← diem → *m[illegible]* (41).

4. Forma « pecten » cuiusdam fuisse momenti videtur ad immutationem formae quae e « pectinare » oriretur.

(*iei* → *yĕ̈*, quasi vocali *ĕ* tonus adiceretur).

pectinare → *pyéñĕ̈* (42). Cf. *pyéñ*.

Not. — Perdifficile est « *abyém* » ac « *s abyēmĕ̈* » (43) idonee enucleare. (Cf. Meyer-Lübke, 68 ; gallica tralatio.)

Gallica forma « abîme », « abîmer » ab « abyssum » (cum longa vocali *i*); [graece : ἄβυσσος] + *-isme* originem ducere videtur. (Cf. Suchier, altfr. Gramm. 27.)

Nostra igitur rustica forma erga gallicam « abîme » idem valet atque illa ipsa « abîme » erga gallicam terminationem *-ième*.

Illam porro terminationem existimamus jure a vocibus iis duci posse, quas e vulgari latino sermone H. Schuchardt prompsit (Vok. des vulg. Lat., I, 294; — II, 17, 60, 253), ut est terminatio *-esimum*, vel *-esmum* (cum brevi vocali *e*) e quo necessario fit nostra vox *yĕ̈*.

Quid postremo vere impedit, quin huiuscemodi vox « *yé* » in : « *abyém* » e tali *-esimum*, *-esmum* (← *ismum*) oriatur ?

TOPOGRAPHICA DISTRIBUTIO

TABULAE 37-43.

(37) Tota regio vocem *-yĕ̈* usurpat, clausa cum vocali.

(38) Fere idem de hoc. Ad orientem vero quinquies forma recentior *yĕ̈l*, bis et *ĕ̈l* apparent, gallica cum contagione.

(39-40) In tab. 39, composite fit distributio. In 40 autem, vox gallica *wa* ad occidentem passim et ad meridiem praevalere videtur.

(41) In meridiana parte regionis viget sonus *e*. Ad septentriones aliud vincit vocabulum. (Vide Lexicologiam.)

(42-43) Vox *-yĕ̈* ubique praestat.

37. — *Lætum*

lyẽ


(Vid. 5, II. 1° 1. p. 43.)



38. — **Illbae* + *i*

lyė, ėlyė	≡
yẻl, yẻl	: : :
ẻl	|||

(Vid. 5, II. 1° 2. p. 43.)




39. *De* + **pectorale* + *-yare*

dĕpĕtrāyĕ

dĕpĕtrasĕ

(Vid. 5, II. 2° 1. p. 43.)



40. — **Sĕxanta.*

[illegible]

[illegible]


(Vid. 5, II. 2° 2. p. 43.)



41. — *Mědium + diem.*

midi =

(Vid. 5, II. 2° 3. p. 44.)



42. — *Pĕctinare.*

s pyéñĕ


(Vid. 5. II. 2° 4. p. 44.)

43. — * *Abesmum* + *-are.*

(Cf. Schuchardt. II, 17, 60, 253).

abyĕmĕ

(Vid. 5, II. 2° Not. p. 44.)



III. Voc. ĕ + *u*.

Duodecimo saeculo transit *ĕ* (*ae*) + *u* ad *ieu* triphthongum, quae per deminutionem ad gallicam *iu* diphthongum redigitur, deinde, per soni tralationem, in *ui*, denique in *ẅi* convertitur. (De crebra illa immutatione, vide Suchier, altfr. Gramm. 54.)

Facilius quidem nostrae explicabuntur rusticae formae, cum pristinus triphthongi sonus *ieu* in simpliciorem *yœ̆* evadat.

1. Longam vocalem praebet latinum vocabulum *sebum*, e qua vocali nihil oriri potest, cuius tamen in locum Suchier (*loc. citat.*), quoddam « saevum » supponit, quod, quanquam non testatum, haud reiciendum tenemus [Cf. Schuchardt (*op. citat.*) I, 244].

*saevum (?) → [illegible] (44).

2. *sequere → [illegible] ; [illegible] (45).

3. E « nigella » fit gallicum « nielle », quo significatur « frumenti morbus » ; (pristini latini « calamitatem » e « calamo » dicebant).

Rustici vero nostri forma « *ñœ̀l* » (46) uti solent, quacum gallica « nuile » plane congruere videtur. Quae cum ita sint, nihil ad propositum « nigella » valere potest.

« Nucula », quod affert Joret (Gloss. du Pat. du Bessin), sub voc. « gneule », reiciendum existimamus.

« Nebula » vero et sono et sensui [1] quadrat.

4. Obscurum, quod ad vocabulorum *kanivœ* ; *kanivœ̀* ; *kanivyu* (47) originem pertinet.

Quod si quis *ɛenvœ* (Maine) ac *kanvu* (Bessin) cum gallico *chenevuis* comparet, necesse erit ad nostram latinam *ĕ* + *u* vocem reducatur, quae, ut constat, e pristina triphthongo *ieu* orta est. Latinum vero *canapisium, minime autem *canapĕsium compertum habemus.

1. Cf. « nigella », e « niger ».

TOPOGRAPHICA DISTRIBUTIO

TABULAE 44-47.

(44) Ubique, uno tantum excepto vico, vox *yæ* viget.

(45) Idem ac supra, de his. Ter vero passim apertam, pro clausa, vocem *yǣ* audivimus.

(46) Ubique eandem, apertam autem vocem, quinque tamen exceptis locis, quibus clausam, annotavimus.


(47) Vox *yæ* (*ye*, *yæ*, *ye*) ubique apparet.

44. *Saccum (Suchier).

sæ

sǣ |

(Vid. 5, III. 1. p. 49.)




45. — *Sequere.*

[illegible]

[illegible] : : :

(Vid. 5, III. 2. p. 49.)



46. — *Nebula.*

ñál ☰

ñél : : :

(Vid. 5, III. 3. p. 49.)



47. *Canăpim* ⊢ -?.

kanivyæ
[illegible]
[illegible]

(Vid. 5, III. 4. p. 49.)



6. Voc. *ŏ*.

1° De latino vocabulo : « collum + s », vel : « collum ».

Sive sonus *s* in vicinitate consonantis *l* adsit, seu non, vel transit consonans *l* ad vocalem *u*, vel non.

Unde sequuntur, ex utraque parte :

a) collum + s → *cols* (aperta cum vocali) → *cous* (quae diphthongus ad sonum *u* redigitur).

b) collum → *col*

Deficiente inde finali consonante,

col → *kǫ* (48).

Nonnulla prioris gallicae formae *kū*, longa cum vocali, testimonia praebet nostra regio.

2° De lat. vocab. « oculum ».

oclum → *ueil*,

e quo diversa fiunt :

a) Palatinum labitur elementum, nulla adhibita compensatione. Parvi nobis momenti forma talis.

b) Idem etiam *ueil* ad *ieu*, per palatini tralationem, transire potest, quod nobis plane notum est.

Ex. gratia :

oclum → *ueil* → *vœ* (*vœ*) ; *yœ* (49).

3° *o* + *u*.

Raro fit huiusmodi sonorum compositio.

